



LIBER SECVNDVS. 77

egressi, quum respexissent, & hostes in nostris castris  
uersari uidissent: precipites sese fugae mandabant. Si-  
mul eorum, qui cum impedimentis ueniebant, clamor  
fremitusq; + exaudiebatur. Alij; aliã in partem per-  
territi ferebantur. Quibus omnibus (rebus) permou-  
ti equites Treuiri, quorum inter Gallos uirtutis opi-  
nio est singularis, qui auxilij causa à ciuitate missi ad  
Caesarem uenerant, cum multitudine hostium castra  
nostra compleri, legiones premi, & penè circumueni-  
tas teneri, calones, equites, funditores Numidas, diuer-  
sos, dissipatosq; in omncis partes fugere uidissent: de-  
speratis nostris rebus, domum contenderunt. Roma-  
nos pulsos superatosq; castris impedimentisq; eorum  
hostes potitos, ciuitati renuntiauerunt. Caesar ab deci-  
mae legionis cohortatione ad dextrũ cornu profectus,  
ubi suos urgeri, signisq; in unum locum collatis duode-  
cimae legionis milites cõsertos, + sibijs ad pugna  
esse impedimento: quartae cohortis omnibus Centurio  
nibus occisis, signiferoq; interfecto, signo amisso, reli-  
quarum cohortium omnibus fere centurionibus, aut  
uulneratis, aut occisis, in his primipilo P. Sextio Bacu-  
lo, fortissimo uiro multis grauibuscq; uulneribus conse-  
cto, ut iam se sustinere non posset, reliquos esse tardio-  
res, & nonnullos à nouissimis desertos, praelio excede-  
re, ac tela uitare: hosteis neq; à fronte ex inferiore lo-  
co subeuntes intermittere, & ab utroq; latere instare,  
& rem esse in angusto uidit, neq; ullum esse subsidiũ,  
quod